

BOLETIN

OFICIAL



DEL

OBISPADO DE BADAJOZ

SUMARIO: El Jubileo Pontificio.—Alocución de Su Santidad.—Instrucción de la S. C. de Obispos y Regulares sobre la predicación (conclusión).—Idem de la misma S. C. sobre los clérigos que por causa de sus estudios frecuentan las Universidades civiles.—Real orden del Ministerio de la Gobernación sobre traslación de cadáveres dentro del mismo cementerio.—Toma de posesión.—Cuentas de Fábrica.—Colectas.—Bibliografía.

El Jubileo Pontificio.

Alocución de Su Santidad.

He aquí el texto de la pronunciada por el augusto Pontífice León XIII el día 20 de Febrero, contestando á la felicitación del Sacro Colegio:

«Venerables Hermanos, queridos hijos:

Esta larga duración del ministerio apostólico, cuya historia no ofrece más que un ejemplo desde Pedro, y que á Nos es concedida sin ningun título de Nuestra parte, es, reconocedlo con Nos, un beneficio memorable y singular de la bondad divina.

Considerando el curso y las vías ordinarias de la naturaleza, ¿qué esperanza había de ver levantarse para Nos, al término extremo de la vejez, el presente día?

El Soberano Señor y moderador de todas las cosas, Dios hace aparecer su providencia en los felices efectos de este acontecimiento personalísimo, porque en esta ocasión la piedad se ha inflamado más todavía en todos los puntos del mundo.

En esta ocasión numerosas multitudes Nos dirigen sus

felicitaciones y sus votos. Pero no es á Nos individualmente, es al puesto que Nos ocupamos al que se dirigen las miradas y el respeto de esas multitudes.

Vuestra presencia hoy rinde el mismo testimonio. Si habéis querido reuniros tanto en esta sala para felicitarnos, ¿no es especialmente la vista de Pedro lo que os atrae?

Estos presentes, pruebas insignes de la común piedad de las pueblos, esa Tiara de triple corona, esas llaves místicas, hablan únicamente de la fuerza y de la majestad del Pontificado romano.

La misma significación se encuentra en esa medalla acuñada en recuerdo de este gran día, y en esa colecta del universo para sostener la basílica de Letrán.

La voluntad de honrar el Pontífice ha impulsado á la liberalidad.

Esas manifestaciones, sobre todo porque redundan en la gloria de Nuestro Señor Dios, Nos causan un consuelo oportuno en las amarguras de nuestros cuidados.

Por eso con amor Nos os estrechamos sobre Nuestro corazón á todos vosotros en tanto que estáis aquí, á vosotros en primer lugar, queridos hijos, que habeis tenidos la iniciativa y la dirección de estas solemnidades. Vuestro celo y los cuidados que habeis asumido quedarán en Nuestra agradecida memoria.

He aquí Nuestra última lección; recibidla y grabadla todos en vuestra inteligencia; es orden de Dios, que sólo hay que buscar la salvación en la Iglesia, y que sólo hay que buscar el instrumento de salvación, verdaderamente fuerte y siempre útil, en el Pontificado romano.»

EX. S. CONGREG. EPISC. ET REG.

ex S. Congregatione Episcoporum et Regularium negotiis dignoscendis praeposita, Leonis Papae XIII jussu super sacra PRAEDICATIONE, ad omnes Italiae Episcopos, atque ad omnes Ordinum coetuumque religiosorum Praesules datae.

(CONCLUSIÓN.)

5. At vero si plerique in thematum tractandorum selectione abusus deflentur, plerique alii et quidem haud minus graves, sunt in ipsa thematum tractatione deplorandi. Circa quam haec praeclera documenta tradit idem S. Doctor

Aquinas (loc. cit.): «Ut vere sit lux mundi; primum est stabilitas, ut non deviet à veritate; secundum est claritas, ut non doceat cum obscuritate: tertium est utilitas (seu recta intentio), ut quaerat Dei laudem, et non suam •Sed heu triste infortunium! Plerarumque hodie concionum forma non solum ab evangelica perspicuitate et simplicitate longe abest, quam illa constanter praeseferret; sed etiam obscuris ambagibus tota obvolvitur, et in abstrusis argumentis communem populi captum excedentibus, versatur, ut illud propheticum effatum in mentem subeat hic opportune repetendum. *Parvuli petierunt panem et non erat qui frangeret eis* (Thrén. IV. 4.)

Quod autem pejus est, ille divinus character concionibus abest, ille christiana pietatis habitus, illa S. Spiritus uncio per quam praeco evangelicus semper de se ipso profiteri et possit, et debeat: *Sermo meus et praedicatio mea non in persuasilibus humanae sapientiae verbis; sed in ostensione spiritus et virtutis* (I. Cor. II. 4.). Hi contra persuasilibus humanae sapientiae verbis ferme unice innixi, verbum Dei, par vi aut nihili pendunt: sacram videlicet scripturam, quae quidem praecipuus sacrae eloquentiae fons sit oportet quemadmodum summus Pontifex super Cathedram Petri sedens, nuper gravissimis verbis, quae hoc referre opportunum putamus, edocebat: (In Encycl. De Stud. S. Script. 18. Nov. 1893). «Haec propria et singularis Sacrarum Scripturarum virtus à divino affatu Spiritus Sancti profecta, ea est quae Oratori Sacro auctoritatem addit apostolicam praebet dicendi libertatem, nervosam victricemque tribuit eloquentiam. Quisquis enim divini verbi spiritum et robur eloquendo refert, ille non loquitur sermone tantum, sed virtute, et Spiritu Sancto, et in plenitudine multa (I. Thess. I. 5.). Quapropter ii dicendi sunt praepostere improvideque facere, qui ita concione de Religione habent, et praecepta divina enunciant, nihil ut fere afferant, nisi humanae scientiae et prudentiae verba, suis magis argumentis, quam divinis innixi. Istorum scilicet orationem quantumvis nitentem luminibus, languescere et frigere necesse et, utpote quae igne careat sermonis Dei, eamdemque longe abesse ab illa, qua divinus sermo pollet virtute: *Virus est enim sermo Dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti; et pertingens usque ad divisionem animae ac spiritus* (Hebr. IV. 12.).

Quamquam hoc etiam prudentioribus assentiendum est, inesse in sacris Litteris mire variam et uberem, magnisque dignam rebus eloquentiam id quod Augustinus pervidit, di-

serteque arguit (De Doctr. Chr. IV. 6. 7.), atque res ipsa confirmat, et praestantissimorum in Oratoribus sacris testimonium, qui nomen suum assidue SS. Bibliorum consuetudini, piaeque meditationi se praecipue debere, Deo grati affirmarunt.»

6. En igitur sacrae eloquentiae potissimus fons, Sacra Biblia. Sed isti Evangelii praecones dicti, temporum nostrorum ideis ac moribus imbuti, neglecto per summum nefas fonte aquae *vivae* ex humanae sapientiae *cisternis dissipatis* suam eloquentiam hauriunt: potius quam divinitus inspiratas sacrorum librorum sententias afferant, aut sanctorum Patrum, aut Conciliorum, auctores quamplurimos, eosque profanos, novissimos, atque etiam viventes, testes adducunt; quorum sententiae affatim ambiguas interp. etationes, et quandoque etiam valde periculosas, saepe saepius admittunt «Est etiam pessimus sacrae eloquentiae abusus, religiosa themata unice ob praesentis vitae rationes, quin de futura vel mentio fiat, passim pertractare: commoda recensere a Christiana Religione mundo allata et officia dissimulare: divinum Redemptorem uti egregium philanthropum pingere, et Ejus, ut Judices aeterni, justitiam praeterire.

Exiguus exinde hujusmodi praedicationis fructus: ex qua forte mundanus quisque homo persuasus exit, se, quin mores corrigat, dummodo in Christum credat probum christianum fore.» (Card. Bausa Archiep. Floret ad. juv. cler. 1893).

Sed quid istorum hic fructus refert? Hic profecto non est id quod ipsi in primis expetunt: auditoribus blandiri exoptant, quibus *pruriunt aures* (11 Tim. IV. 3.); et dummodo tempa stipata videant, eorum parvi interest animas fructu vacuas permanere. Proinde numquam de peccato disserunt, numquam de hominum novissimis, numquam denique de aliis veritatibus gravissimis, quae auditores salubriter *contristare ad poenitentiam* possent (2. Cor. VII. 9.); sed solummodo *placentia* loquuntur. (Is. XXX. 10.): atque hoc idem faciunt eloquentia quadam potius tribunitia quam apostolica; magis profana quam sacra, quae complures manus plausque ipsis comparat, a S. Hieronymo graviter reprobatos, cum ad Nepatianum scriberet: *Docente te in Ecclesia, non clamor populi, sed gemitus suscitetur: auditorum lacrymae laudes tuae sint.* Ex quo fit, ut eorum praedicatio, ita in templo, sicut alibi, theatrali quadam aura circumfusa apparet, quae eam omni sacro charactere expoliat, omnique spirituali efficacia destituit. Exinde item in populo, imo etiam

in plerisque e Clero, adeo depravatus gustus divini verbi, et exsurdatum prolatum: exinde tandem piorum scandalum, perversorum atque incredulorum nulla aut parva emendatio: qui quamvis interdum in templo, hujusmodi *placentia* verba audiendi causa praesertim vero si sonoris illis ac magnificis nominibus *civili progressu, patria, recenti nostrorum temporum scientia*, aliisque id genus, allecti fuerint, profuse confluant postquam oratorem fragosis plausibus fuerint prosequuti oh iuste, ajentes verum ac legitimum concionandi callit modum! e templo exēunt quales illuc intraverant, sicut Judaici, qui *omnes quindem mirabantur, sed non omnes convertebantur*. (S. Angust, in Matth. XIX 15.).

7. Haec igitur S. Congregatio quum, supremis Romani Pontificis praeceptis obtemperans, tot tamque gravibus sacrae Praedicationis corruptelis consuetudine inductis remedium afferre omnino velit, omnes Rmos. Italiae Episcopos, Generales Coenobitarum Praesules, atque omnes ecclesiasticorum Coetuum Rectores compellat, ut in easdem apostolica animi fortitudine insurgant, atque iisdem penitus extirpandis sedu' o dent operam.

Itaque memores, se juxta sacrosanct. Con. Triden. praescriptum (sess. V. cap. 2. de Ref.) *viros idoneos ad hujusmodi Praedicationis officium assumere* addictos esse, hac in re quam maximam diligentiam curamque adhibeant. Si quidem Sacerdotes designant ad suam ipsumsorum Dioecesim pertineant, iis adeo augustam ministerium nisi prius sive per examen, sive alio quolibet operto modo, *de vita, de scientia, de moribus comprobati* fuerint (C. T. Loc, cit.) nequaquam concredant. Si vero illi ad aliam Dioecesim spētent neutiquam Episcopi in sua concionaturos admittant, praesertim vero occurribus quibusdam solemnioribus anni solemnitatibus, nisi proprii Episcopi, seu Praesulis litteras ostendat, quae et sacerdotem bonis moribus praeditum, et huic officio idoneum esse testentur.

Generales item cuiusvis religiosi Ordinis Societatis, Congregationis Praesules nemini e sacerdotibus sibi subditis publice concionari, inscio loci Episcopo, permittant; eoque minus decet, traditis testimonialibus Litteris illos quoque mittere, ut Episcopis se sistant, nisi prius accurate inquisierint, et certissime optima nō noverint sacerdotum eorumdem et moralem vivendi, et consuetam concionandi rationem.

Si vero cuiuslibet Dioecesis Episcopus, postquam aliquem Sacerdotem, litteris hujusmodi a suis commendatum ad

Dei verbum praedicandum in propria Dioecesi excepit, eumque deinceps in sacro Ministerio peragendo ab normis monitisque hic per nos traditis aberrantem conspexerit, opportune primum eumdem admoneat, ut si fieri possit, quam primum resipiscat: quod nisi sufficiat, ab officio illico removeat, poenis etiam canonicis, si necessitas urgeat, adhibitis.

Ceterum quoniam haec S. Congregatio Rmorum. Episcoporum, et Praesulum Religiosis quibusvis Ordinibus praepositorum, diligentiae ac zelo se tuto fidere posse probe novit, idcirco per ipsos praecipue fore confidit, ut haec nova recensque Dei verbum annunciandi, seu potius adulterandi, ratio quam primum reformatam se prodat: et sacra ipsa praedicatio, vanis verborum lenociniis amotis, angusto ac nativo suo splendori, supernaturali simul efficacia denuo suscepta, in Dei laudem, aeternam animarum salutem, ac spiritualem Ecclesiae totiusque christiani Orbis utilitatem tandem aliquando restituatur.

Romae: ex Scribarum Curia Sacrae Congregationis Episcoporum et Regularium negotiis dignoscendis expediendisque praepositae: die XXXI. Julii anno MDCCCXCIV.

ISIDORUS CARD. VERGA PRAEF.

Aloisius Trombetta *Pro Secret.*

EX S. CONGR. EPISC. ET. REGUL.

INSTRUCTIO quoad Clericos Saeculares ac Regulares qui Universitates Gubernii studiorum causa frequentant.

Perspectum est Romanos Pontifices, quavis aetate et ubique locorum, cogitationes, curasque suas contulisse in rectan institutionem eorum, qui in sortem Domini vocati sunt. Scholas enimvero, Seminaria, Universitates ipsas studiorum vel erexerunt vel favore prosecuti sunt, in quibus utriusque electi alumni tum humanioribus litteris, cum scientiis omnibus sacris et profanis imbui, et academicis etiam quibuscumque gradibus honestari possent. Ita tamen ut ad veram germanamque scientiam cum fide et pietate conjunctam informarentur, quandoquidem doctrinae ac disciplinae fidei ac morum moderatio et vigilantia à Sede Apostolica et Episcopis exercebantur.

Contigit autem hisce diebus, ob mutatas rerum vices in

Italia nonnullos à clero sive saeculari sive regulari adstric-tos censeri ad certos studiorum cursus perficiendos apud ci-vilis Gubernii Universitates: à quibus sapiens ac salutifera Eclesiae vis, sacrorumque Pastorum vigilantia omnino ex-cluduntur. Cum res ita se habeant, quae quantaque discri-mina, et damna ecclesiasticae juventuti obvenire possint nemo est qui non videat. Cautē itaque providendum est, ut et assertae necessitatis limites non excedantur et instantia pericula diligenter vitentur. Quamobrem Sacra Congrega-tio Episcoporum et Regularium Negotiis praeposita pre-semtem instructionem, ad mentem Sanctissimi Domini Nos-tri Leonis P. P. XIII. Episcopis ac Superioribus Ordinum et Congregationum in Italia impertire constituit.

I. Quatenus in Universitates admittantur etiam alumni qui sibi idoneitatem comparaverint extra lycea Gubernii, Episcopi ac Superiores Ordinum et Congregationum religio-sorum subditos suos praeparandos non mittant ad dicta lycea sed potius ad Instituta ecclesiastica, ad scholas, ad collegia quarum omnino explorata sit optima ac vere catholica ins-truendi ratio. Si vero ob talium Institutorum, scholarum, collegiorum defectum, vel ob alias graves causas, aliquos mittere ad lycea Gubernii omnino necesse sit, accurate ser-ventur hoc in casu quae infra de accessu ad Universitates constituuntur.

II. Nemo e saeculari clero Universitates Gubernii fre-quentet absque expresa licentia Episcopi sui; qui in ea con-cedenda p̄ae oculis tantum habeat quid Dioecesis necessi-tas exigat, ut in Institutis ad introductionem erectis, sive erigendis, idonei et diplomate muniti professores compa-rentur.

III. Ordines et Congregationes quae munus docendi non profitentur non mittant alumnos suos ad Universitates Gu-bernii: Ordinum autem et Congregationum ex instituto do-centium novitii numquam ad dictas Universitates mittan-tur: professi vero eas non frequentent nisi p̄ae habita ex-pressa licentia Superioris Generalis, qui eam concedit iis tantum qui requiruntur et sufficiunt pro suis collegiis et scholis.

IV Utriusque cleri alumni ea tantum ementiantur in dictis Universatibus studiorum cunicula quae referuntur ad lauream vel ad gradus academicos, quibus indigent, obti-nendos.

V Maximi ponderis est mittendorum ad Universitates accuratus delectus. Venia non detur alumnis antequam lau-

dabilius absolverint integrum cursum tum philosophiae, tum theologiae, a statutis Dioecesanis pro clero saeculari, a Constitutionibus Ordinis seu Congregationis pro religiosis praescriptum.

VI Attendenda equidem sunt in mittendis intellectus, vis et perspicacia, assiduitas in studiis, ingenii indoles, quam bene educatam esse decet, fortem et boni propositi tenacem. Sed summopere inspiciendum et quaenam sit in diligendis animi honestas ac morum integritas. Sint oportet juvenes qui donum Fidei et vocationem qua in sorte Domini vocati sunt maximi faciant; catholicam Ecclesiam ardenter diligent; venerationem et obedientiam erga sanctam Sedem Apostolicam mente, verbo et opere profiteantur; juvenes qui Sanctissimae Religionis nostrae documentis imbuti et piis exercitationibus addicti, morum integritate et vitae vere ecclesiasticae laude praefulgeant. Tales denique deligantur qui fundatam ingerant spem fore ut sua quisque agendi ratione ecclesiastico coetui honorem addant per supereminentiam in scientiis, ac venerationem vindicent per suarum laudem virtutum.

VII Ad pericula tutius praecarenda curent Episcopi ut sui ecclesiastici alumni, quandiu Universitatem celebrant morentur in Seminario: hoc non extante, in aliquadomo religiosa, vel saltem apud aliquem probatum Sacerdotem saecularem, nisi forte habeant ibi parentes, in quorum domo habitare possint. Laude etiam ac favore digni viderentur sollertes Sacerdotes, vel saeculares viri spectatae pietatis, qui instituerent, ubi fieri potest, aliquam hospitalem domum pro studentibus ecclesiasticis: in qua isti invenirent, in loco impedio, habitationem tutam, studiorum quieti et piae vitae exercitationibus accommodatam.

VIII. Si Universitas sita sit extra Dioecesim, Ordinarii alumnorum hos commendent Episcopo loci cui alumni se sistere cum advenerint, et identidem obsequium praestare teneantur dum ibi permanerint. Ordinarius et Episcopus loci mutuo convenientia alumni commitantur curae et vigilantiae alicujus Sacerdotis virtute, scientia ac juventutis experientia praestantis, qui eos diligat et de eorum agendi ratione idemtide Ordinarium instructum reddat. Exigat praeterea Episcopus a suis alumnis frequentes epistolas: et ipse hoc epistolari commercio libenter utatur ut consiliis et monitis eos instruat, excitet ac sancto proposito confirmet.

IX. Superiores Ordinum et Congregationum praeterant

semper Universitates locorum in quibus habent sui Ordinis vel Congregationis Domum; et in hac studentes habitare precipient. Si Domum propriam non habeant in ulla Universitatis Sede, curent omnino ut alumni recipientur in aliam Domum religiosam, vel in Seminarium Episcopale, vel in aliud institutum ecclesiasticum. Deficiente Conventu aut Domu propria, numquam mittant ad Universitatem frequentandam unum tantum ex suis subditis, sed duos simul aut plures, ut se invicem custodiant, adjuvent et ad officiorum suae vocationis implementum excitent. Juveant superiorem Domus vicinoris, vel alium religiosum virum virtute, scientia ac sollertia praeditum, alumnos ipsos identidem visitare; qui eorum vitae genus, studiorum assiduitatem exploret ac referat; ut opportunis consiliis Superior Generalis, prout opus fuerit, providere possit. Curet praeterea. Superior Generalis ut alumni sibi litteras dent, et frequentes ipsis rescribat, ut eorum unionem cum Ordinis seu Congregationis capite foveant, eosque paternis instructionibus ac monitis in obedientiae atque observantiae spiritu conservet.

X. Zelo ac prudentiae Episcoporum et Superiorum committitur cura eam Universitatem inter plures eligendi, in qua minora praevideantur pericula, faciliorque ex adjunctis appareat usus consiliorum, quibus quieti, moribus et progressibus alumnorum prospectum sit. Si forte contingat aliquem Professorem habere aliquando lectiones ex professo contra religionem vel contra mores, curent Episcopus et Superior Generalis ut alumni vel transeant ad aliam Universitatem, vel hujusmodi lectionibus non adsint; freti nimirum dispositione legis quae inscriptionem quidem ad cursum Universitatis requirit, sed ad omnes et singulas lectiones assistentiam non exigit. Ceterum, hoc semoto casu, alumni ecclesiastici lectionibus diligenter adsint, ut proprio in scientiis progressui consulant, condiscipulis exemplum assiduitatis, Professoribus vero obsequii testimonium exhibeant.

XI. Quod ad libros attinet et ad lectionum compendia, in quibus nonnulla fortasse occurrant contra religionem, aut mores, aut veritatem ecclesiasticae historiae aut jura catholicae Ecclesiae vel Romani Pontificis, quatenus talium librorum vel compendiorum usus vitari nequeat, Episcopi et Superioris prout oportet provideant in casu; ac praeterea curent veneno antidotum praebere per optimos libros suis alumnis comparandos, perque auxilium Sacerdotum

doctrina, pietate ac experientia praestantium, qui alumnis opem ferant ad dignoscendos sophismatum insidias, et ad refutandos errores, quibus forte libri scholares vel lectionum summaria inficerentur.

Enixe autem alumnos suos deterreant à lectione ephemeridum vel periodorum libellorum qui falsis vel periculosis doctrinis, narrationibus, atque illiciis decipiunt, ac recte sentiendi agendique rationem sensim sine sensu turbant atque pervertunt.

XII. Episcopi et Superiores religiosi hortentur subditos suos ut Moderatibus et Professoribus Universitates observantes se ostendant cum dignitate; condiscipulos vero urbane quidem, omnes, at neminem valde familiariter tractent.

Prohibeant, omnino ne nomen dent Circulis aut aliis quomodocumque vocatis consortiis politicae vel contentiose indolis; nec umquam adsint convocatis fortasse studium coetibus, quorum fini aut propositum sit adversus Moderatores vel Profesores conqueri sive quomodocumque protestari.

XIII. Episcopi Sedem habentes in civitatibus Universitatum curen Circulos sive Sacerdotes studentium ecclesiasticorum peramanter fovere ubi existunt, sollicite fundare ubi desiderantur. Adhibeant ad hoc operam Sacerdotum sive saecularium, sive regularium, quos magis idoneos judicaverint; quorum unus saltem Assistentis ecclesiastici munere fungatur. Hujus Assistentis erit studentium conventus indicere, eisque praesidere. In his conventibus, studentes ecclesiastici semotis politicis contentionibus et partium studiis, de humanioribus litteris, de historicis disciplinis, de philosophicis vel theologicis thesibus diserant, decenter vel legant. Nec omittant pias quasdam preces simul omnes fundere, aliosque opportunos religionis ac pietatis actus statis diebus implendos constituere: ita ut in his censociationibus laudabilis aemulatio fraterna charitas, et christiana pietas regent.

In ecclesiasticorum Círculos admiti etiam poterunt, cautè tamen et approbante Assidente ecclesiastico, studentes saeculares: at ii tantum, qui sentiendi aequè atque agendi ratione bene audiant, religione, pietate, optimis moribus commendentur.

XIV. Episcopi et Superiores religiosi suos quisque studentes enixe hortentur ut in sanctae vocationis spiritu firmiter perseverent. Ad quem finem mediis omnibus efficacioribus

alacriter utantur oratione scilicet, Sacramentorum frequētia, piorum actuum exercitio, vanitatum despectu, malorum et etiam desidiosorum hominum fuga. Religiosis prae-
sertim studentibus commendanda est fidelitas in actibus ob-
servantiae, qui eorum statui consentanei sunt, videlicet:
singulis diebus mentalis oratio, examen conscientiae, lectio
spiritualis, silentium et recessus:

Annualium vacationum tempore studentes religiosi re-
deant omnino ad suum Conventum vel ad Domum religiosam
sui instituti; ibique regularis observantiae actus cum Com-
munitate resumant. Omnes studentes, e clero sive saecula-
ri, sive regulari, dictarum vacationum tempore vacent
sanctis spiritualibus Exercitiis.

XV. Si vero, non obstantibus cautelis et diligentias hu-
cusque indicatis, aliisque quas pastoralis ac paterna solli-
citudo suggesserit, Episcopi aut Superiores religiosi nove-
rint aliquem ex suis subditis a recto tramite veritatis aut
virtutis declinare, absque mora ab Universitate revo-
cent; praestat enim eius cursum stu diorum abrumpe-
re, potiusquam ita permettere ut animae ille suae detrimen-
tum patiatur.

Datum Romae ex Secretaria memoratae Sacrae Congre-
gationis Episcoporum et Regularium, die 21 Julii 1896.

I. CARD. VERGA PRAEF.

A. Trombetta *Pro Secretarius.*

Ministerio de la Gobernación.

REAL ORDEN SOBRE TRASLADO DE CADÁVERES DENTRO DEL MISMO CEMENTERIO

Ilmo. Sr.: Vistas las comunicaciones del Gobernador de Valencia, haciendo presente que la Alcaldía de dicha capital solicita de su autoridad la correspondiente autorización para trasladar al osario 56 cadáveres inhumados en nichos en el cementerio general adquiridos temporalmente, por no haber sido satisfechas las renovaciones; la del Alcalde de Reus, consultando si pasados los cinco años pueden hacerse dentro de un mismo cementerio sin intervención del Subdelegado de Medicina, y si la intervención de dicho funciona-

rio y ésta debe reducirse al caso de que tengan que trasladarse los restos de un cementerio á otro; y la del Gobernador de esta provincia, á la que acompaña instancia del Cura párroco de Carabanchel Bajo, solicitando la declaración de oficio de los honorarios que puedan corresponder al Subdelegado de Medicina del partido de Getafe por exhumación de 155 individuos que se hallan en el cementerio de dicho pueblo:

Vista la disposición 7.^a de la Real orden de 15 de Octubre de 1898, que previene que no se permite la exhumación de ningún cadáver no embalsamado sino transcurridos cinco años del sepelio y previo reconocimiento facultativo, ó diez sin este requisito, cuyo reconocimiento fué encomendado por Real orden de 24 de Marzo del año último á los Subdelegados de Medicina:

Vista la Real orden de 31 de Agosto de 1853 sobre limpia de Cementerios y mondas en el interior de éstos, que determina que cuando la reducida capacidad de ellos fuerza á hacer la traslación al osario, puede hacerse la exhumación de los cadáveres sin la intervención de facultativos:

Resultando que en el caso presente es necesario autorizar á los Ayuntamientos referidos á verificar la traslación al osario de los cadáveres que han cumplido los cinco años, por carecer los Cementerios de extensión donde practicar nuevas inhumaciones; pues si bien no han cumplido los diez años, han transcurrido los cinco que previene la regla 7.^a de la Real orden mencionada de 15 de Octubre de 1898, y por tanta puede verificarse su exhumación:

Considerando que de cobrarse por los Subdelegados los derechos que determina la Real orden de 24 de Marzo del año último, sería cargar sobre el Erario municipal una obligación más sobre las muchas á que tienen necesidad de atender los Municipios; debiendo, por tanto, considerarse que los derechos que corresponden á los Subdelegados de Medicina por el reconocimiento de cadáveres, cuando las exhumaciones se verifiquen antes de los diez años, para su traslación á otro cementerio, sólo habrá de abonárseles cuando este acto sea á petición de los particulares, y no para la traslación á los osarios por acuerdo de las Autoridades:

Considerando que la Real orden de 16 de Julio de 1888, en su disposición 6.^a, determina que la capacidad del cementerio deberá ser bastante para utilizarse durante veinte años sin remover restos mortales;

El Rey (q. D. g.) ha tenido por conveniente disponer:

1.^º Que se autorice la traslación al osario de los cadáveres que hayan cumplido los cinco años de la inhumación, cuyo acto será presenciado por el Subdelegado de Medicina, sin que por este servicio devengue derechos.

2.^º Que los derechos marcados a los Subdelegados en la Real orden de 24 de Marzo último se entiendan cuando la inhumación sea á petición de parte interesada y sea á otro Cementerio.

3.^º Que de conformidad con lo preceptuado en la disposición 6.^a de la Real orden de 16 de Julio de 1888, se prevea á los Ayuntamientos que los Cementerios tengan la capacidad suficiente para que en diez años no haya necesidad de efectuar mondas en el interior de los mismos antes de este plazo.

De Real orden lo digo á V. I. para su conocimiento y fines consiguientes. Dios guarde á V. I. muchos años. Madrid 8 de Enero de 1903.—MAURA.—Sr. Director general de Sanidad.

Toma de posesión.

El día 14 de los corrientes tomó posesión de la Canogía vacante en esta S. I. Catedral por defunción del M. I. señor D. Gregorio Gómez Palacios (q. e. p. d.), el M. I. Sr. D. Emilio Corredor Moreno, Beneficiado que ha sido de la S. I. Catedral de Jaén, mediante poder conferido al M. I. Sr. Chantre de esta Santa Iglesia Catedral de Badajoz.

Cuentas de Fábrica

Se han recibido las correspondientes al año 1902 de las siguientes parroquias: Palomas, Solana, Alanje, Puebla del Maestre, Sancti-Spiritus, Obra Pía de Delgado Lima de Badajoz, Trujillanos, Soterraño de Barcarrota, Valverde de Burguillos, Llera, Granja de Torrehermosa, Santa Marta,

Santa Catalina de Jerez, Santa María de Mérida (1.^º de Enero de 1902 á 7 de Marzo de 1903), Santa María de Alburquerque, Burguillos, Zalamea de la Serena y Real Capilla del Santísimo Cristo de la Quinta Angustia (1.^º de Enero de 1901 á 28 de Febrero de 1903), Trasierra (18 Febrero de 1902 á 10 de Marzo de 1903), Arroyomolino de Montánchez (1.^º de Septiembre de 1901 á 28 de Febrero de 1903) P. Concepción de Badajoz (1.^º Enero á 5 Marzo de 1903), Santa María del Castillo de Olivenza y Ermitas de S. Antonio y San Francisco (1.^º Enero á 1.^º Marzo 1903), Valle de la Serena (12 Octubre 1901 á 12 Marzo 1903).

COLECTAS

Año 1903	Misiones de África	Ptas. Cts.
	<i>Suma anterior.....</i>	263'94
Parroquia de Santa María de Mérida.....		3
Idem de Salvaleon.....		10
Idem de Valdefuentes.....		1'20
Total.....		278'14

BIBLIOGRAFIA

Angel Tombé.—*Refutación de la conquista del pan de Kropotkine, por D. Ildefonso Serrano, Pbro.*

Este libro del Sr. Cura propio de Segura de León merece ser leido por los jóvenes de la clase obrera.

Recordando que Su Santidad inculca la necesidad de formar rectas ideas acerca de la democracia cristiana, como remedio contra el socialismo, ha parecido oportuno este anuncio del libro del Sr. Serrano, aunque el autor no lo ha solicitado,

* * *

Se nos ruega la inserción de los siguientes anuncios.

Religiosas en Clausura — *Documentos y declaraciones de las Sagradas Congregaciones para el buen gobierno de las comunidades de religiosas en clausura, coleccionados por el Dr. D. Pedro Gaspar y Carrón, Chantre de la Santa Iglesia Catedral de Jaén y Visitador General de religiosas del Obispado, con licencia de la Autoridad eclesiastica.*

Opúsculo interesante y de actualidad, dedicado principalmente á las Rdas. Superioras de Monasterios, con el cual á la vista, pueden evitarse infinidad de consultas y resolver multitud de casos prácticos que por la nueva cisciplina regular las ocurren frecuentemente.

Su precio *una peseta* pudiendo adquirirse en las librerías católicas de Madrid, Barcelona, Valencia, Valladolid y Zaragoza, y en casa del autor «Colegio, 4,» Jaén.

* * *

Tratado Novísimo para Religiosas acerca de muchos y graves decretos recientemente publicados por la Santa Sede por el P. Fr. Esteban Sacrest, O. P.

El precio de esta obrita es *una peseta* en casa del editor D. Gregorio del Amo, Paz 6 Madrid.

* * *

La Ven. Sacramento, Vizcondesa de Jorbalán, Fundadora de las Señoras Adoratrices, por el Obispo de Salamanca. Dos tomos en 4.^o mayor de espléndida edición, adornada con el retrato de la Venerable Madre, abierto en lámina de acero por Bartolomé Maura, y con otros fotografiados.

En el momento de declararse Venerable por el Padre Santo la insigne Vizcondesa de Jorbalán, salió á la luz pública esta biografía enarrada por la pluma del Prelado de Salamanca Reverendísimo P. Cámaras.

Esta obra ofrece dos nombres que son, cada uno de por sí, valiosísima garantía del valer.

Pues la vida de la Venerable Sacramento es la historia de las sorpresas y de las maravillas, de las sublimes conquistas en el orden de la santidad, con triunfos sobre las energías de un brioso temperamento. Amenísima leyenda, más que fiel é ingénua narración de sucesos, parece este estudio biográfico, ilumina lo á la vez por la antorcha de la más sana crítica.

Del caudal y fondo de doctrina en que se engastan estas hazañas, de la forma literaria y la unción espiritual con que se avaloran, responde, y lo preconiza bastante, el apellido de su autor.

Abranse las páginas del libro: y pruébese luego á soltarlas de las manos.

Ya se ha comenzado á saborear por el público: oid á este juez inparcial, que pregoná y ensalza las gallardías de la obra.

Hablen también, y manifiesten su irrecusable veredicto las hijas mismas de la esclarecida fundadora.

En Madrid: librerías de Gregorio del Amo (Paz, 6), y de Hernandez (Paz, 6).

En Salamanca responderá á toda consulta y servicio de esta obra la Imprenta de Calatrava, plaza de Carballo, 5, donde se halla su depósito.

Véndense los dos tomos en 10 pesetas.

Encuadrados en tela, 13 pesetas.

Badajoz: Imprenta, Litg. y Encd. de Uceda Hermanos.

II —Francisco Pizarro,— II.